


V. 1^K. F.

(cat. 4, 33^b - 46.)





4

PROCANCELLARIUS
ET
PRODECANVS
ORDINIS THEOLOGICI
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI
**IOACHIMVS SAMVEL
VVEICKHMANN**

S. S. THEOLOGIAE DOCTOR HVIVS PROFES
SOR PVBLCVS ORDINARIVS PRAEPOSITVS
AD AEDEM OO. SS. SENATVSQVE ECCLESIA
STICI ASSESSOR.

1735
SOLEMNEM PANEGYRIN
MEMORIAE PACIS RELIGIOSAE SAECVLARI
SACRAM
SVMMISQVE IN THEOLOGIA HONORIBVS
TRIBVENDIS
DESTINATAM
VII. KAL. OCTOB. MDCCLV
IN A E D E A C A D E M I C A
MORE MAIORVM CONCELEBRANDAM
I N D I C I T



PROGENCETIVRIAS
PRODGBANAS
ORDINIS THEOLOGICI
IN ACADEMIA ALTMERREGENSI
IACCHIAS SAMVEL
AACHENIANI
22 THEOLOGICAS ORDINARIAS PREBENTIAS
202 BARLICAS ORDINARIAS PREBENTIAS
UD ALFEM O 22 SEMPEREANAE
STICL APPRESSOR
MEMORIE PACIS ELECCIOAE SACRALIAI
SACRA
SUMMATORI IN THEOLOGIA MONSTRAR
TRINIANA NDIB
DISSTICLATORI
IN AIDE AGEDWIMCI
MORE MATORUM CONGREGATIONUM
TOMUS Dicitur





Domine vobis benigne et propitius esse secundum suorum voluntatis vestrum
decretum. Cetera omnia vestra bona in exercitu vestro
convenit nos in invictatione his tuis exercitum vestrum
fideliter auxiliare. Excedere inmodicimur vestrum dono
et dilectione.

TO ΘΕΙΟΝ
IN PACE RELIGIOSA



Cum natura loquitur omnis, nihil cun-
ctarum rerum melius, quam rotum mun-
dum, consilio diuino administrari, tum
illa testis temporum, nuntiaque uerustatis,

Historia, nos in rem ducit praesentem, numenque Dei,

A 2

ad

41. 11. 17. Jerol. momobell. b. 17.



ad utilitates maxime humanas cuncta accommodans , in illustri ponit monumento. Siue enim singulorum primordium uitae , progressus , exitum , commemorando percenset , siue rerum publicarum fortunam in utramque partem persequitur , prouidentiam Dei , qua haec geritur uniuersitas , religiosae memoriae perpetuaeque commendat . Quod diuinae mentis , in orbe praesertim nostro gubernando occupatae , lumen tam est manifestum , ut uel Stagirites , non satis religiosus alioqui pronoeae aestimator , fateri cogatur , res multorum hominum melius succedere cele-
riusque , quam ut a caussis in sensu incurrentibus proficisci potuerint , quin occultum Dei instinctum manumque prae-
potentem potius intercedere , talesque fatales uiros supra
hominis fortunam prudentiamque extollere , et caussarum tot
conuentum nervos ad tantae felicitatis fastigium
contendere . 1) Ipsi uero Historici praeter caeteros gu-
bernationem Dei sapientissimam magna uenerantur reli-
gione , atque , ut quisque eorum grauiissimus est pruden-
tissimusque , ita maxima flagrat cupiditate , uias eius abdi-

tas


1) ad Eudemum , Moral . VII . 14

tas inuestigandi, inuentasque tanta uoluptate, quanto
fructu, admirandi. Quia ductus mente Diodorus ille Si-
culus, nullis honoribus sece maioribus, credit, rerum ge-
storum scriptores affecturum, quam si, nomine profecto
magnifico, illos ὑπεργενῆ τῆς θεᾶς προστάτας appelleat, 2)
Hoc est diuinae administratos prouidentiae. Neque uero
quisquam hanc historiae praestantiam, qua Dei metu fir-
mo uerae iacit sapientiae fundamenta, grauius exposuit
uberiusque Iсаaco Casaubono. Hic prout reliquias memo-
riæ rerum commoditates eloquentia mirabili Henrico IV.
Galliae Regi, in Polybii sui dedicatione, enumerauit, ita,
quantum ualeat ad pietatem in Deum constantem excitan-
dam, semperque alendam, praecclare docet. Sic enim,
summam argumenti complectens, non temere, inquit,
usque eo uerordem reperi' sit, qui, dum legit annalium
paginas, oculos coelum uersus non interdum attollat, ac,
uelit nolit, exclamat, est profecto Deus, qui dicta facta-
que mortalium uidet, obseruat, muneratur, uicifetur.
Vere igitur ministri diuinæ prouidentiae Historici, ope-
rum quippe scriptores, quorum Deus est factor, indici-

2) p. i

A 3

¶ ¶ ¶ orum




orum scribae, ut sic dicam, et actuarii, quorum Deus est auctor. 3), Quod si qua Historiae pars est, quae luculenta curae coelestis specimina transdat, his certe rerum, quae in diuino coetu contigerunt, commentarii resertissimi uidentur, ob eamque caussam maxime frugiferi. Nam cum Deus, singulari prosequatur amore societatem cultui suo deuotam, eiusdemque cauſa mundum uitiis obrutum conseruet, nihil ut coniunctae uires inferorum efficiant, quis dubitet, quin plurima praesentis opis maximaque documenta in ea edat. Edidit uero, foederis antiqui tabulis prodita, quas qui studiosius contemplatur, non minora uider beneficia Dei, populo suo recte se gerenti tributa, quam poenas insignes, ultrices flagitorum. Edidit longe magnificentius tum, cum Christus nouum fanciret foedus, ac Iudaeis furentibus profanisque gentibus, rem Christianam constitueret, atque aduersus omnes temporum calamitosissimorum iniurias tueretur.

At homines, qui Christo sese adiunxerant, secundam fortunam deinde minus cerebant, quam aduersam, mutuusque inter sese contentionibus certabant, dum cuncta ad impo-

3) T. III. p. 5

impotentem Romani Pontificis potentatum redirent. Huius ubi ingum Deus Lutheri opera depulit acer uicibus nostris, castamque restituit doctrinam, num tu credes, sine praesidiis altioribus tantum perfici opus potuisse, ut nostra manus tam exigua prosligaret opes tot hostium, nobis immane quantum superiorum. Est igitur plena commemoratio repurgatorum sacrorum iniustatis diuinæ signis tutelæ, quæ complures notarunt, ea, qua pars est, obseruantia, nec quisquam contempsit, nisi, qui, Voltairiano iudicio, fortunæ temerariae, hominumque calliditatibus, nescio cui, mirificos solet euentus assignare. Evidem, dimissis locis aliis, mentem oculosque iam conuerto in Pacem Religiosam, ut subseruam tempori, quo secularem eius memoriam recolimus, et congratulationibus piis Deum pacifikatorem nostrum uenerabundi collaudamus.

Hic uero, uidebitur fortasse nonnullis, uix quicquam dici posse, quod non Ioannes Schilterus docte prudenterque collegerit, in libro, quem de Pace Religiosa compo-
suit, singulare, eodemque bonae frugis. Evidem laudo uehe-




uehementerque comprobo uiri praestantissimi institutum;
tantum tamen auit, auctoritas illius a proposito me ut
abstraxerit, aut retardarit, ut in eo perficiendo ualde sim
confirmatus. Sequitur enim Schilterus personam, quam
sustinet, Iurisperiti, et pacis iustitiam religiosae ex institu-
tuto disceperat. Itaque, praemunita breui eius historia,
causas iuris ambiguas agitat in utramque partem, et ua-
riis actis, consiliis, responsis, ornat. Aliis autem pru-
dentialiae exemplum relinquit, quod pro suo quisque mu-
nere studeat imitari. Iam dubium non est, quin sit ho-
minum sanctioribus deditorum literis, illud Rollini pree-
ceptum semper ante oculos habere propositum, ut indu-
stria quadam praecipua in euoluendis auctoribus rerum
ad omnia aduertant animum, quae ad religionis uicissitu-
dines pertineant. 1) Liceat igitur mihi, quod mei po-
stulat officii ratio, pro uirilli, exequi, ac Tē Θεv Pacis
Religiosae uenerari. Latius uero patet hic campus,
pro magnitudine sua eum si uolueris emetiri. Nam ple-
nusq[ue] in aliis terris regnabat domus bone, sed hoc nac-
e
1) institutione docendarum liberalium artium et discendarum P.
obus IIL p. 26. et copiosius Praef. T. I. Hist. uet. temp. ac gen-
eratum.

nac sunt Dei moderatoris tanti facinoris ac muneris adiumentis causae pacificationis huius, et quasi antecessiones, plena ipsius pacis natura atque indeles, plena consequentia, eorumque progressus. Quae cuncta ubi coniunguntur inter se et comparantur, mirabilem totius negotii cursum uidemus, eoque ad reconditam Dei uim, summa religione colendam, festinare cogimus. Utinam singula, data opera, possem tempore tam opportuno pertractare, ac totius operis expressa imagine in animos faciliter influere. Sed, laborum, quibus distinemur, contineentes curae plura conari prohibent, atque rem proposita iubent in membra discerpere. Quod si Deus uitam otiumque dederit, primas, quas duco, lineas, copiosius elaborabo, nunc, quod felix laetumque sit, quibus tandem initii pax praeparata diuinitus sit, altius exploratus

Est hoc numini prouidentissimo in more positum, ut, quos extollere uult, maximisque bonis recreare, de primat antea, et quasi in terram demergat, ne quid suae tribuant sapientiae ac prudentiae, sed maius, subito se a de-

B *... sperati*



speratione ad spem, ab interitu ad salutem, reuocans auxilium, ipsis cernant oculis. Quod solemne procurations diuinæ sacrae testantur literae, neque obscuris exemplis magna multitudine comprobant. Quid magnificentius hanc in sententiam reperitur illo Dei ipsius testimonio grauissimo. Lumen condo, creo tenebras, pacem facio, malum profero, haec ego Ieuia omnia perago 5) Praeter ceteros autem praepotentem Dei manum, bona cum malis permutantem, Iosephus sensit, a fratribus nefarie uenitus in seruitatem, feminaque profligatissimæ calumniis in uincula coniectus, sed præter expectationem a squalore carceris ac tenebris in lucem, ad secundum a Rege locum, prouectus. Quo uchementius diuinæ benignitatis admiratione percellitur, eamque, et fratribus, ad pedes suos prostratis, demissis effert laudibus, cum, Deus, inquit quod uos in me malo animo cogitaueratis, conuerteret in bonum, ut, quem ad modum res ipsa ostendit, tot homines conferuaret. 6) Sed hanc ipsam rationem agendi, Deo dignissimam, ratio perspicit, repentinis fortunæ conuer-

fionibus


5) Ief. XLV. 7

6) Gen. L. 20

sionibus humanae excitata , ac , tum demum nos proxime , putat , a rebus secundissimis abesse , cum calamitatibus obruti , fere iaceamus . Complura sunt huius generis , uel a gentium profanarum Philosophis , uerissime dicta , sed nihil elegantius eo , quod Seneca disputat .⁷⁾ Erat Lugdunensis colonia misero deleta incendio , ut eius interitus mouere quemlibet posset . Cum primis autem Liberalis , amicus Senecae , patriae charitate flagrans , ruinas eius commiserabatur . Cuius ut animum prostratum Seneca reficiat ac recreet , rationes , undique conquistas , uenustis sententias excolit . Nec quicquam tamen accommodatus dicit , ad dolorem eius leniendum , cogitatione melioris conditionis , quam tempora durissima pariant . Audiatur ipse , more suo breuiter acuteque Liberalem consolatus . *Enumerare omnes fatorum vias , longum est . Patria consumpta est , ut in melius excitetur . Saepe maiori fortunae locum fecit iniuria . Multa ceciderunt , ut altius surgerent , et in maius . Verisimile est , certaturos omnes esse , ut maiora certioraque , quam amiserere , restituantur . Hactenus ille , satis bene ,*

B 2 dum mo-

7) Ep. 91




dum modo ne praeiudicata Stoicae familiae opinione deceptus, sato tribuisset, quod ad Dei mentem erat rationemque referendum. Hanc Cominaeus, plus scriptor ac prudens, secum reputans, in repentinis rerum commutationibus, Principes reuocat omnes ab effrenata superbia, animique moderationem, Dei reverentia commotam, magnopere suadet. *Modestia sane decet omnes hominum ordines, in primis uero principes uiros, ut intelligant, et sint memores in omni actione, esse Deum, a quo profiscuntur omnia* 8)

Quod si unquam fuit uerum, in Pacis certe Religiosae apparatu cognoscere sine dubitacione licet, praeferunt cum ad primas eius origines redire uelimus. Quam laeta nobis spes quietis impetranda affulit, ubi pactio Norimbergensis, anno cī 10 xxxii facta, sacra nostra nidebatur in tuto collocaſſe 9) Namque ea controuerſiae rerum diuinarum, adhuc non componendae, relinquantur integrae, uel ad Synodus liberi iudicii, uel aliam

8) Comment. I. p. 325

9) Goldastus, Conſtit. T. II. p. 172.



commodam concordiae rationem, litibus interdicitur,
communis ac firma pax sanctetur. Quis non fidem habe-
at uerbis, adeo integre conceptis temperateque 10) *Caeſa-
rea Maiestas tandem clementer consensit, ut communis
ac publica pax constituantur ac firmetur, usque ad gene-
rale, liberum, Chriftianum, Concilium, uel donec commu-
nes statu imperii ad locum commodum conscribantur.
Ut pax certius conservari posset, omnes processus
iudiciales, in causis religionis inchoatos, aut incho-
andos, inhibere, abrogare, et suspendere uult. Nouum
robur tranquillitat noſtræ Francofurtensis attulit conuen-
tus, quo Norimbergenſes sunt conditiones rufus firma-
tae, atque per omnes cauſas, quæ ſacra ſpectent, dilata-
tæ 11) Atque haec fiducia tanto facilius noſtratum
animos occupauit, quod Pontificis Romani suffragium a
futuro colloquio remouebatur. Quod quidem mo-
mentum cum sit palmarium, a multis Historicorum te-
mere dimiſum, hoc loco non praetereundum puto.
*Quanquam nos duo electores, noſtra ſponte, eo rem de-**

B 3

10) §. 4

11) Goldast. T. III. p. 562. A. 1539



duximus, ut, si Caesari placeat, Pontifici significet, quod ad eum conuentum, si videatur, mittat, tamen non utile videbatur, eius oratores ad hanc collocutionem et compositionem adhibere. Postremo Ratisbonae et Norimbergenses conditions et Francofurtenses sunt repetitae ^{circa} 1541, nostra securitate ad summum perducta. 12) At o spes nostrorum hominum fallaces. Quae pax consulere plene rebus putabatur nostris, induciarum nomen magis merebatur, quas Turcici metus belli extorserat, non placibilitas animi lenitasque Neque uero obseure Pacis Norimbergensis formula hoc simulandae gratiae prodit iniumentum, ubi caussas reconciliandorum Germaniae Procerum interserit. *Quoniam caussa controveneriae religionis, multis laboribus frustra suscepisti, non potuit ad aliquam concordiam reduci, ad animum revocatum, non posse crudelitati ac tyrannidi Turcicæ validius resisti, quam si in imperio communis ac firma pax consti tuatur.* 13) Adeo partium coniunctio, quam species utilitatis copularat, non potuit rursus non dissociari, ut primum commodum, quod sperabatur, fuit sublatum.

Nam


12) Receffus imperii Ratisbon. 1541. §. 26

13) Goldast. l. c. §. 3

Nam posteaquam e malorum fluctibus Imperator emer-
serat, ut alia taceam iracundiae signa, quid cogitatione
presserit, immatura Saxonis proscriptione atque Hassi pree-
se tulit. Immaturam dico, quod Principes, Luthero de-
diti, non prouinciis faciendis studuerunt, aut ullius de-
trimenti temerariis, sed Sacrorum castitati, a Pontificiis
iniuriis defendendae. Quam integratatem ipsorum Phi-
lippus Camerario persuadet, quo iudice, itum est ad ar-
ma, non ut bellum inferretur, sed ut ad aequas pacis
conditiones pertrahentur inimici. 14) Hanc eandem
Pontificis affectae non dissimulant, in quibus Carafa me-
moriae prodit, Saxonem atque Hassum, interuentu Brau-
denburgici, cum imperatore egisse de pace, sed inuito
ac recusanti amicitiam fernel iterumque denuntiatam. 15)
Ita se Deo nostriates permittere potuerunt, suae sibi pati-
entiae consci*e*, atque euentum belli expectare, cuius re-
cordationem refugit animus ac reformidat, e fine tamē sa-
luberrimo 16) Pacis Religio*sae*, nullis hominum sub-
sidiis adornatae, conspicatur. Quamuis autem cauſas
istius flammæ ciuilis uastitatemque Hortlederus exquisito
enarra-

14) Ep. ad Camer. p. 99.

15) Germania refit. p. 29.



enarrauerit, nos tamen D. Matthaeum Ratzenbergerum, Saxonis a ualerudine corporis, amicum Lutheri, testem illorum temporum oculatum, qui rebus maximis administrandis sicut adhibitus, potissimum sequemur, propter ea quod simplicitas eius, ac dilucida breuitas ei fidem singulareri conciliat in iis, que, Lutheru mortuo; Ioanni Friderico, Saxoniae electori, ipsisque sacris restitutis euererunt. Fecit igitur operae pretium Groschius, cum tam' insignes rerum Germanicarum reliquias, ab interitu conferuatas, iudiciis coetus Lutheri ab obsecrationibus Arnoldinis adiunxit, neque in sectiones solum diuicit, sed auctoris etiam uitam probitatemque dignis laudibus condecorauit

Iam primum omnium e Ratzenbergero satis constat, male rem gessisse Ioannem Fridericu, Saxonem, in proelio ad Mulbergam, proditum magis a suis et oppressum, quam superatum 16) Qua in decreta pugna ficut omnis rei Lutherae fortuna discepatabat, ita nihil miseriis nostris supererat, nisi, ut Philippus Hassus etiam in potestatem Caroli redigeretur. Quanta calliditate fuerit per

16) p. 60

uarias illecebras irretitus, nihil opus est, ut pluribus do-
team, quia res est in uulga nota, ab Ratzenbergero sus-
sus defcripta; 14) magnoque iudicio a Perizonio perqui-
sita. 15) Illud saltem nunc attingam, quod minime fe-
rendum uidetur, diuinitus tamen permisum, ut iremus
hoc audientiores. Etenim ne religiosis quidem affirma-
tionibus hostes abstinebant, quibus inductus Christopho-
rus ab Ebleben, Hassium, ad iter secum faciendum, pelle-
xit 16) Quam in sollertia nunquam incido, quin illud,
a Cominaeo libere iudicatum, ueniat mihi in mentem,
qui confimilem Principum ludificationem memoriae man-
darat. *Qui lecturi sunt ista aliquando, iudicabunt, uel*
parum fideles et integros fuisse Printipes, uel me crimi-
nari illos et uituperare. Sed quaecunque tandem futu-
ra sint hominum iudicia, si quis alios principes quoque
intueatur, multo fortasse plura comperiat. Ut igitur,
quod res est, dicam, eo spectarunt illorum consilia, ut
alterum alter falleret. 17) Nobis certe, dolus, an fraus,

C infe-


14) p. 64

15) In Commentariis historicis Sec. XVI

p. 372. sequ

16) Grosch p. 63. sequ

17) L. c. p. 453. sequ



infeliciter cessit, foederis Smalcaldici ducibus amissis, qui se, pro facrorum incolumente, et capita sua fortissime deuouerant. Quid autem valet societas sine antesignanis, tantum, quantum remiges sine gubernatore, sive, ut Curtius scite pronuntiat, quantum corpus sine spiritu, dempto capite, ludibrium hostis futurum. 18) Neque alterum accidit. Nam partibus Pontificis tantum fiduciae ac spiritus accessit, ut, uictoria longe lateque concelebrata, debellasse sibi uiderentur. Atque ea spe hoc minus fallere posse existimabant, quod illi, qui Lutheri doctrinam fuerant amplexi, singulari diuidebantur arte ac disiungebantur. Contra ea acceptum incommodum facilius erat sarsiendum, atque in bonum uertendum, si conspiratio omnium et concordia fortunam industria subleuasset. Sed imperator, ingenio acutissimus, semper, inter eos, discordiae causas serebat, sapientiam, quam in duce laudat Vegetius, 19) imitaturus, quia nulla, quamvis minima, natio potest ab aduersariis penitus extingui, nisi suis simulatibus ipsa consumperit. Quapropter easdem sibi

18) VI. 9


19) I. 10

rationes incundas duxit, quas Romani quondam in socdere illo Achaico rumpendo probarant. Hi Achaeos timabant, non ob singularum ciuitatum robur, sed consensum uniuersarum, quo unum corpus conflabant, mutuaque pericula mutua ope defendebant. Itaque data sibi specie per Spartanorum querelas de iniuriis Achaeorum, legatis occulte mandabant, ut corpus abscinderent in partes Achaeorum, quo facilius domarentur, urbesque frangerentur obstinationes. Pari conatu Carolus V. nostras coniunctas uires lacerauit, quas ualidiores iudicauerat, fociis praesertim externis non difficulter adiungendis, quam, ut, salua dignitate sua, salua salute Germaniae, eas lacefferet. Sic eadem nostrorum hominum facies erat tum, atque totius Israe lis, quem Micha, coelesti spiritu inflammatus, per montes dispalatum uidebat, instar ouium, pastoribus nudarum. 20) Quae clades ancipi tere non poterat miserandam rerum nostrarum omnium disturbancem non minari, Hispanis audacia furentibus. Hanc superstitionem, sacerdotum calumniis instigata, in nos concuerat, ut prius acquiescere nollent,

C 2

quam


20) 1 Reg. XXII. 17.



quam fortunas diripiuerent nostras, immanique nos caede
interfecissent. Vedit eorum facutiam haec Musarum sedes,
sed, quae Dei fuit proutidentia, perniciem magis intentau-
tem, quam inferentem. Vedit regio caetera, Ioanni Fri-
derieo subiecta, eorum libidinem, in agris maxime tu-
multuantem. Vedit Mauritii terra, nulla foederis cum
Imperatore habita ratione, cuius religionem uehementia
irae aduersus omnes Lutheri placitis amicos suppressibat.
Longa belli consuetudo eos postremo sic efficerat im-
manitate, ut nulla eos disciplina belli fere coerceret, ubi
Germani eorum insolentiam ferre fastidiumque noilient.
Quo factum est, ut in castris ad Halam inter utramque
gentem suspiciofa sedatio conflaretur, quam sola poterat
Imperatoris praesentia sedare, maturantis discessum, ne
grauioribus turbis implicaretur. 21) Quid, quoefo, pe-
riculi cervicibus nostris non imminebat, ab hostibus, in
nos tantopere infensis, nostramque pestem anhelantibus,
quibus singularis Dei atque admiranda lenitas satis longam
concesserat impunitatem. Ductores nostros captos per
triumphum ducebant partim, partim blandis pollicitatio-
nibus

21) Ratzeberg. ap. Grosch. p. 62. sequ.

nibus ab iusta cauſa auocabant, tempus illud cupidissime exoptantes, quo perniciem, quam iam diu machinati erant, in nos tandem conſerrent. Quam trepidarint Lutherae participes doctrinae, Philippi Melanchthonis nostri commoneſiamus exemplum, quem, pro natura ſua ni- mis demiffa, haec fundi nostri calamitas fere exanimauit. Nam cum Doctore Goldſteinio de cauſis eius colloquens Brunſuici, quo Vitembergenses anguitiae eum compulerant, *exitiosam calamitatem eccleſiae et rei publicae portendit.* At eius animum oppreſſum Goldſteinius erigens, commode eum ad locum sanctioris ſcientiae reuocat, de aerumnis Christi amicorum, in quo, ſaepo numero conſiderato, ut eius utar uerbis, *Theologi modo Theoretici* fuerint, cum Deus nunc *praxin* poſtulet, i-pſis factis ſpectata. Hic Philippus, bene ſe haec habent, ait, sed quis tandem erit finis praefentium mutationum et calamitatum. Tum Goldſteinius, non propter ea nobis eſſe desperandum, ſummonet, quia Deus etiam ex lapidibus poſſit uifcitare ſemen Abrabae. Quo sermone accepto, Philippus collegit animum, famulus autem eius, quem ſenem dicebant Ioannem, complicatis manibus, et



inclinato capite, ad ianuam stans, exclamat, *ab, quam mihi nunc uolupte est audire talem uocem* 22) Imo uero magnanima uox Goldsteinii, Lutheri discipulo dignissima, non sicut irrita, sed amor Dei in nos propensus, paruis momentis magnas rerum commutationes effecit, quibus, quae Dei maxima sapientia est, mala ipsa uiam patescerunt, ad instituendum sensim paullatimque pacis religiosae donum. Carolus enim V. sacrorum conspectu nostrorum mutabatur insigniter, dignissimos nos reperiens, quibus Dei libere colendi facultas detur. Longe diuerfa ei steterat antea sententia, ut cui idem fuerat persuasum, quod Galliae Regi, homines Lutheri placita sequutos, pecudum more uiuere, arbitratu suo, sine imperio, sine ciuitate quadam sacra, sine iustis nuptiis. 23) Quibus mendaciis Lutherus narratis, exardeste ira, neciens, quo uultu ad Christi tribunal in iudicio extremo nos sint ii aspecturi, qui scriptis conuicia disseminarint adeo nefaria. Omnia, his contraria, nunc rerum testi-

monia

22) Grosch. p. 64

23) Praef. Lutheri ad Art. Smalcald. p. 300




monia loquuntur, cum, portis apertis, ingressus Imperator templo nostra oculis usurpat, cum suos iubet nostras eaerimonias diligentissime notare, cum sacra, in aede arcis intermissa, relictis rebus omnibus, vult restitui, 24) Lutheri cineribus neque inquietatis, neque alio nobis uulnere imposito. Ita, qui dies nobis supremus fore uidebatur, mitigato Carolo, salutem nobis attulit. O coelestis praepotensque uirtus, quae regum animos, quounque libet, fletis, quantam habet admirabilitatem illud prouidentiae tuae pignus, quo, Imperatoris nobis benevolentia restituta, ad bene de rebus nostris sperandum, quasi signum aliquod sustulisti. Aluerunt Caroli clementiam praeterea exempla uirtutum inuisitarum commemorabilia, quibus nostrates, tam illustri natos loco, quam mediocres fortunae, uidebat quotidie elucere. Quid magis invictum firmitudine animi, qua Ioannes Fridericus, cum stupore aduersariorum, obrutus acerbitatibns, nihil humile, nihil se indignum dixit, aut fecit, 25) et, quamuis, euadente Carolo atque erumpente, fuga salutem per-

terre


24) Grosch p. 61 Hortleder p. 456

25) Perizon l. c p. 366



tere posset, tamen in fide mansit. Quid honestius, quid laudabilius, Lucae Granachii, pictoris tota Germania celebratissimi, sanctitate officii, qua Principis sui captiu fortunam non despexit. Namque euocatus ad Carolum, quem iauenem in Belgio pinxerat, eximio artis suae nomine, indulgentissimis accipitur uerbis, ueniaque datur, quicquid uelit, liberalitatis expetendi. Hic alii uel honores sibi impetrassent ampliores, uel largitate muneric thesauros exaggerassent. Sed posthabitus Granachius emolumentis, genibus statim prouoluitur, p[ro]a lacrymis loqui uix potest, inter plurimos singultus illud unice orans atque obsecrans, ut ignoscat Principi suo, nec Pontificiorum clamoribus concedens, capit[us], ut fama ferat, cum damnet. Quas preces honestissimas Imperator non repudiavit, optans, ut in Ioannis Friderici locum Hasso potiatur. 26) Tantum possunt uirtutis, diuinitus, per aduersem fortunam expergesfactae, decora, ut uel hostes deliniant, eosque ad concordiam faciliores reddant. Nec minores tulit fructus, Deo sic moderante, perfidia Pontificiae factionis in Hassum, sed eos ex nostris armavit


26) Grosch. p. 61



in Carolum, qui superiore tempore, ad gratiam eius retinendam, finalcaldicum foedus recularant. Etenim Mauritius, adhibito Alberto Brandenburgico, semel iterumque liberationem Hasso studebat, probabiles caussas conferens, impetrare, quod fidem suam interposuisset, quod hanc diutius fallens, existimationem suam uiolaret, quod periculum esset, ne ab Hassi filiis citaretur publice, ut se ipsis susteret, conditionemque custodiae, pro patre eorum, si quid ei accideret, subeundae, praeflaret. Quo clerius Imperator annueret, literas Ferdinandi Daniaeque regum, uariorumque Principum commendatias corrogabat, nullis parcens legationis sumptibus. At Carolus Hassi libertatem longius semper ducebat, eaque mora suspicionem nostris mouebat, ne, duobus iam Principibus Germaniae, Lutheru coniunctae, in custodiā traditis, duriusque tractatis, parem in caeteros impetum moliretur. 27) Quam ob rationem sibi maturandum credebant, caussamque religionis fortius suscipiendam, quam separatim a caeteris antea fecerant. Dux Mauritius facti, ad sempiternam memoriam insignis, quo quemadmodum Dei prouidentia sit, ad pacem religiosam inchoandam constituentamque, usq; quamprimum plantum claris faciam argumentis.

D. D. D. D. D. Nunc

27) Perizon. p. 459



Nunc enim aliud mihi imponitur officii, quo
summis in sanctiore disciplina honoribus sunt ob-
praeclera specimina cohonestandi, Candidati Dignissi-
mi. Quod igitur felix, faustumque Auctor coetus
sui Statorque nobis ac rei sacrae iubeat esse, auspiciis
et auctoritate Potentissimi atque Serenissimi Regis Po-
loniarum et Principis Electoris Saxoniae.

FRIDERICI AVGVSTI

Domini mei longe clementissimi, Altoris Academiae
nostrae benignissimi, Patriae Patris optimi, cui deni-
sissimas agimus gratias, quod haec nobis gaudia con-
cessit indulgentissime, Deum comprecati, ut hoc be-
neficium, a Maioribus suis glorioissimis iam antiqui-
tus acceptum, firma Principis optimi ualeitudine, ne-
que interrupta Gentis Augustae felicitate, adiecit bo-
norum cumulis semper efflorescente, benignissime re-
ferat, fasces Academiae tenente

*Viro Magnificeo, Excellentissimo, Consultissimo, Am-
plissimoque Domino*

CHRISTIANO HANACCIO

L. V. D. Digesti Infortiati et Noui Professore Publico
Cariae Provinc. Scabini. et Facult. Iurid. Affessore
eiusdemq. b.t. Decano, Patrono obseruando,

Viro

Facultatem dabo

Viro Magnifico Excellentissimo, Summe Venerabili, Amplissimo Celeberrimoque Domino

CHRISTIANO SIGISMUNDO GEORGIO

S. S. Theologiae Doctori et Professori Publico Ordinario
Alumnorum Regio-Electoralium Ephoro, Ordinis

Theologorum b. t. Decano spectatissimo

Collegae, Patrone, Fautori meo, multis nominibus
mibi colendo

Viros ad summam Ordinis nostri dignitatem prouehendi quinque, maxime reuerendos amplissimosque, doctrinae copia, munera sanctitate, meritorum gloria praestantissimos, quos temporis lactitia, et priscum Academiae, castioris religionis instauratae parentis, decus, ad hos amplitudinis gradus recipiendos inuitauit. Sunt uero sua apud nos professi nomina

Dn. M. MICHAEL HEINRICVS REINHARDVS

S. S. Theologiae Licentiatus, Belititiensis Ecclesiae Pastor
Eiusdemque Dioecesis Superintendens

Dn. M. IONATHAN HELLER

S. S. Theologiae Licentiatus, Pastor Chemnitii Primarius,
Diesecesis Superintendens Scholarumque

Inspector

Institutionis Poliorum Missionis ordinis Dn.



Dn. M. IO. THEOPHILVS HORWEINIVS
S.S. *Theologiae Licentiatus, Damenium Pastor*
et Superintendens.

Dn. M. IO. CHRISTIANVS SCHVLZIVS
S.S. *Theologiae Licentiatus, Ecclesiae Heldrung. Pastor*
Primarius, et vicinarum Superintendens.

Dn. M. IOANES GOTTLLOB WERNER
S.S. *Theologiae Licentiatus, Pastor Primarius et Dio-*
cœsos Iuterbocensis Superintendens.

Quibus uniuersis ac singulis, pro meritis, ad altior-
em extollendis locum, dictus ipse est dies saecularis,
XXV Septembbris, quo, ut Rector Academiae Ma-
gnificus, Comites Illustrissimi, Patres Academiacae con-
scripti, Ciuitatis nostræ literatae Patroni et Fautores,
Cives generosissimi, clarissimi, nobilissimi, nobiscum
in aedem academicam, Deo optimo Maximo pro pa-
ce ante duo saecula parta insperabiliter gratulatum eant;
utaque de eius perpetuitate nuncupatum, obseruan-
tissime humanissimeque rogamus. P. P. Vitembergae
Saxonum anno Pacis saeculari, diuinitus conciliariac

M. D. C. C. L. V. XII. Kal. Octobr. seu ex san-
ctorum confuetudine fastorum Dom.

XVII. Sacrosanctæ Triados

V I T E M B E R G A E
PRELO EPHRAIM GOTTLLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS



Pon Ye 3652
L°



5b

D

vDn8

Nur für den Lesesaal!

V017



Farbkarte #13



B.I.G.

4
PROCANCELLARIUS
ET
PRODECANVS
ORDINIS THEOLOGICI
IN ACADEMIA VITEMBERGENSI
**IOACHIMVS SAMVEL
VVEICKHMANN**
S. S. THEOLOGIAE DOCTOR HVIVS PROFES
SOR PVBLICVS ORDINARIVS PRAEPOSITVS
AD AEDEM OO. SS. SENATVSQVE ECCLESIA
STICI ASSESSOR
SOLEMNEM PANEGYRIN
MEMORIAE PACIS RELIGIOSAE SAECVLARI
SACRAM
SVMMISQVE IN THEOLOGIA HONORIBVS
TRIBVENDIS
DESTINATAM
VII. KAL. OCTOBR. MDCCCLV
IN AEDE ACADEMICA
MORE MAIORVM CONCELEBRANDAM
INDICIT

1755

4,35^b